



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765


VD18 90118243

§.1. S. Ludovici Sanctio Pragmatica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](#)



HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ
LIBER LXXXVI.



GREGORIUS X. DEINDE INNOCEN-
TIUS V. TUM ADRIANUS V.
SUMMI PONTIFICES.

RUDOLPHUS I. OCCID. MICHAEL VII.
ORIENT. IMPP.

§. I.

S. Ludovici Sanctio Pragmatica.

Rex S. Ludovicus ad suum se iter præ-
parans, ut Ecclesiæ Gallicæ tran- Sæcul. XIII.
quillitati per absentiaæ suæ tempus A.C. 1269.
conservandæ prospiceret, Deique præsi- to. II. con-
L 1 3 dium p. 907.

Sæcul. XIII. dium illi accenseret, celebrem constitutionem edidit sub nomine Sanctionis
A.C. 1269.

Duboultai

p. 89.

Pragmaticæ notam divisamque in sex puncta sequentia. I. Tam Ecclesiæ quam Præfules, beneficiorumque Patroni & collatores ordinarii pleno jure suo fruantur, & sua cuique jurisdicⁱ permaneat integra. II. Ecclesiæ cathedrales & aliae libertate electionum gaudearunt, quæ profus effectæ dentur. III. Sacrorum nundinationem, crimen Ecclesiæ tam perniciosum e nostro regno penitus exterminari volumus. IV. Dignitates & alia beneficia officiaque ecclesiastica sic conferantur, ut jus commune, concilia, & institutiones veterum Patrum postulant. V. Renovamus probamusque libertates, prærogativas, immunitates, ac privilegia tum Ecclesiis, monasteriis, aliisque locis piis, tum personis ecclesiasticis a Regibus nostris antecessoribus & a nobis concessa. VI. Neutquam volumus exigi colligive pensiones pecuniarias, & tributa gravissima, quæ Aula Romana Ecclesiæ regni nostri his collectis misere exhausti imposuit, aut imponet, nisi hoc faciat ob causam justam, & urgentissimam, vel ob necessitatem inevitabilem, atque de nostro ac Ecclesiæ consensu libero & expresso. Dabat Parisiis an. 1268 mensie Martio, nimirum an. 1269 ante Pascha.

Quæ-

Quædam exemplaria punctum sex-^{Sæcul. XIII.}
tum contra exactiones Aulæ Romanae^A C. 1269.
non continent: sed subtractum merito
creditur. Quamvis enim Aula Romana
in reliquis hujus decreti punctis haud no-
minetur, satis tamen apparet, id tendere
potissimum ad reprimendas summorum
Pontificum molitiones contra propriorum
Præsulum jura eligendi, collationes be-
neficiorum & jurisdictionem litigiosam:
etsi sanctus Rex fortassis etiam Procerum
Judicumque profanorum molimina spe-
ctaverit. Ab aliquot annis molestas cum *Sup. lib. 85.*
Papa Clemente quanquam cæteroquin § 44. 58.
amico suo controversias habuerat de re-
gio jure in vacantia beneficia Ecclesia-
rum Remensis ac Senonensis: similibus
que disceptationibus prævertere, ad Re-
gis prudentiam pertinebat.

§. II.

*S. Bonaventura pauperum causam
scripto tuetur.*

Quidam Doctor Parisiensis nomine Gi-
rardus Abbavillanus Guilielmum
de Sancto Amore defendens denuo Fra-
tres Mendicantes scripto impugnaverat,
cui sanctus Bonaventura pro responione
opposuit opus inscriptum Patrocinium
Pauperum, hoc anno 1269, ut putatur,
L 1 4 editum.